





1707/9 518.  
24

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE  
REPUDIO & DIVORTIO,

*quam*

B. C. D.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO & ILLUSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,  
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CA-  
MERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLESIA-  
RUM MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANONICO

CAPITULARI SENIORE,  
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSI-  
LIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE  
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE, &c. &c.  
PRO RECTORE MAGNIFICO,

DN. JOANNE PHILIPPO *Streit* /

J. U. D. Regiminis Electoralis Moguntini Consiliario, &  
Facultatis Juridicæ p. t. PRO-DECANO,

P R Æ S I D E

DN. RUDÖLPHO HENRICO *Siegler* / J. U. D.

Prof. Publ. Extraord. & Colleg. Sax. DECANO,

*Ex Decreto Inchyte Facultatis Juridicæ,*

in

ALMA ELECTORALI HIERANA

*Pro Summis in Utroque Jure HONORIBUS & PRIVILEGIIS*

DOCTOR ALIBUS ritè consequendis,

Publicè submittet

A U T O R

JOHANNES HENRICUS *Müller* /

Eichelbornio-Vinariensis, Practicus Erfurtensis,

*Ad diem 8. Januarij A° 1707.*

In Auditorio Jctorum Majori.

ERFURTI, Charactere GROSCHIANO, Acad. Typogr.



*Serenissimo Celsissimoq; Principi  
ac Domino,*

DOMINO  
ERNESTO  
LUDOVICO,

DUCI SAXONIÆ,  
JULIACI, CLIVIÆ & MONTIUM, ANGRÆ  
& WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ,  
MARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRINCIPALI  
DIGNITATE HENNEBERGIÆ, COMITI  
MARCÆ, RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ  
RAVENSTEINI, &c. &c.

AUGUSTISSIMÆ CÆSAR. MAJESTATIS REI  
TORMENTARIÆ PRÆFECTO GENERALI,  
ut &  
SACR. ROM. IMPERII GENERALISCAMPI  
MARECHALLI LOCUM TENENTI  
EXCELLENTISSIMO,

PRINCIPI ac DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME CELSISSIMEq; PRINCEPS  
ac DOMINE,

DOMINE CLEMENTISSIME,

Q Vemadmodum Univerſa SERENISSI-  
MA DOMUS SAXONICA jamdudum  
innumeris inclaruit virtutibus, & quam-  
plurimos in admirationem traxit, humillimæque  
devotionis cultum; ſic quoque perſuaſiſſimum  
mihi habeo mihi haud vitio verti, quod CELSISSI-  
MAM illam DOMUM adorem, illiusque veneret  
faſtigium. Ex multis vero æternæ laudis præco-  
nio digniſſimis vel SUPREMI NUMINIS Gratia  
permotus SERENISSIMAM TUAM CELSI-  
TUDINEM devenerari præcipit mihi pietas, im-  
perat inſtinctus ſingularis. Ea enim me ſpes te-  
net firmiſſima, tantum Gratiæ & Clementiæ,  
PRINCEPS SERENISSIME, à CELSITUDI-  
NE TUA tanquam inexhauſtæ benignitatis fon-  
te in me poſſe derivari, ut largiores excellentiſ-  
ſimi favoriſ rivuli vix ſint exſpectandi. Quantum  
vero SERENISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ  
egregiam mihi exopto Clementiam, tantum mea-  
rum erit partium omnem ſubjectiſſimi obſequij &

520.  
& observantia significationem publice testatam  
facere. Ut autem devotionis fides sit compro-  
bata, humillima animi submissione ad pedes SE-  
RENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINIS Disputa-  
tionem hanc Inauguralem depono, verbisq; con-  
tendo devotissimis, ut primitiæ meæ cultus ob-  
sequiosissimi Serenissima fronte menteq; Gratiofissi-  
ma non dedignentur. SERENISSIMÆ TUÆ CEL-  
SITUDINI me totum adscribo, & si qua modo  
servitia à me præstari possent & possunt, vel cum  
vitæ periculo erunt præstanda. Et quam CEL-  
SISSIMÆ TUÆ SERENITATIS Clementiam spero;  
non despero, eamq; mihi exoro propensissimam,  
qui vivo & morior

SERENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINIS

*Subiectissimus & humillimus*  
*Servus*

Joh. Heinr. Müller.

## Ad Lectorem Benevolam.




Uta dantur in hac terra-  
rum machina, qua quidem  
si penitiori mentis trutina  
perpendantur, quodammo-  
do injusta ac illicita depre-  
benduntur, ast propter con-  
currentem circumstantiam  
sepe numero ad conser-  
vandam generis humani societatem non quidem  
præcipiuntur, impune tamen ad evitandum majus  
malum permittuntur, exempli loco potest esse con-  
cubinatus jure civili permissus, qui ex ratione hy-  
pothetica & politica minus plene concedebatur  
quidem, at legibus non congruit Divinis sic dantur  
& hodie ratione sponsalium & nuptiarum quedam  
deviationes, qua & dicta sponsalia & ipsum ma-  
trimonium vexant, per quod factum tamen à fide  
semel data receditur, qua in specie dicuntur repu-  
dium & divortium, illud dicitur levius, hoc vero  
gravius & ideo tristius; Non tamen exinde colli-  
gere



gere statim licet, quod hic peccet, qui ob conjugis factum aliquod probrosum vel flagitium divortium facit, vel qui iustis de causis repudiat eam, cui si dem de nuptiis dedit; Culpa enim non potest imputari ei, qui plane nullo modo hoc impedire potest, sed potius in persona haud innocente haret, licet non precise negaverim, repudium ob praegnantes causas etiam inter honestas personas ab initio contrahentibus ignotas vel ex post facto propter inobedientiam & praefratam sponse in causis honestis contumaciam fieri posse, hinc etiam motus, materiam illam repudii & divortii impraesentiarum tractare constitui, ita ut posita primum definitione repudii in primo membro de causis repudii, postea vero secundo de ipsis causis divortii agam, quia temporis penuria, amplissimam hancce atque in foro alias frequentissimam materiam pluribus exarare prohibet, quam ob rem totum hoc opus sinceritati Tue committo. & singulos meliora proferentes exaudio.

### MEMBRUM PRIMUM.

 Veniam admodum autem sponsalia nuptias praecedere solent, sic etiam repudium, per quod solvuntur personae desponsatae, prius considerandum venit

nit. Repudium ergo (quod à repudiare i.e. recusare, negligere dicitur) est reculatio promissarum futurarum nuptiarum, vel potius est dissolutio promissionis de matrimonio contrahendo, exinde videre est, repudium fieri inter desponsatas personas; Sponsus enim non recte divertisse, sed repudiassè dicitur, Sanchez *de Matrimon. l. 1. diff. 1.* Divortium vero inter conjugatas personas, sæpius tamen indifferenter & promiscue pro uno eodemque usurpantur divortium & repudium *arg. l. 30. ff. solut. matrim. l. 12. ff. de ritu nupt.* aliàs enim repudium sponsaliorum solutioni proprium vocatur *l. 197. §. ff. de Verb. Sign.* divortio verò matrimonium dirimi dicitur *l. 1. ff. de divort. & repud.*

## §. II.

Causas repudii inquirere sanè est difficillimum, maximè si illud fiat in sponsalibus de futuro, quoties enim alterutri partium aliqua causa occurrit etiam legibus expresse incognita, repudium fieri posse, manifestum est, & quotidiana testatur experientia, modo illa possit probari & prægnans sit

## §. III.

Neque enim omnis promissio de futuro matrimonio

trimonio statim efficit, ut sponsalia dicantur iusta & legitima, sed ulterius requiritur, ut secundum leges inita sit, & non solum requiruntur leges universales, sed & particulares seu locales, i.e. ut quis secundum Statuta locorum vel provinciarum contrahat, si firma esse debeant, hinc ferè in tota Germania receptum, ut non solum parentum consensus sit necessarius, verum etiam plerumque duo testes ad minimum adhiberi solent, valde ergo illud criticissimum improbatur:

Wenn der Finger ist beringt /

So ist die Jungfrau gedingt.

Hæc enim signa externa & ex alia causa v. g. donationis tempore nundinarum, strenæ dari possunt, nisi ergo expressa sit matrimonii causa, hæc in dubio non præsumitur, licet altera pars v. g. facilis puella in eam causam acceptaverit, etenim præter consensum contrahentium alia solennia requiruntur, hinc licet postmodum dans nolit voto accipientis respondere, non statim dicitur repudium.

§. IV.

Primam ergo repudii causam pono, sicuti quoddam vel error accesserit in consensu eorum, qui primario ad contractum illum celebrandum

B

requi-

requiruntur, id est qui promiserunt nuptias, nam si alter negat consensum esse interpositum, ab altero vero clam esse factum asseritur, in defectu aliorum testium non statim altera pars est ad iuramentum vel purgatoriū vel suppletoriū admittenda, quia quodammodo subest metus perjurii, ratio, ejusmodi enim negans sublestum & odiosum sponsum remove, vel jurato asserens sibi in præjudicium alterius acquirere posset, bene ergo hæc sponsalia clandestina contra leges & statuta facta ipso jure habentur pro nullis *t. t. X. de clandest. spons.* licet nonnulli distingvere velint, an concubitus vel carnalis copula accesserit, nec ne, priori casu ejusmodi sponsalia ex post facto redderentur rata, sed cum non concubitus, sed consensus faciat nuptias, ideo hæc distinctio minus videretur sufficere, & omnino rejiciendam esse puto.

§. V.

Deinde an error circa accidentalia matrimonii repudium efficiat, disquiritur; De jure Civili constat errorem circa accidentalia contractus bonæ fidei, si dolus dederit causam huic errori, vitare contractum; anxie in hac ardua materia sunt solliciti Jcti, & ferè generaliter concludunt, quod dolus dans causam errori omnino vitiet matrimonium

nium, v.g. si virgo dolose & per mendacium dicta sit locuples vel large dotata, per quod juvenis inductus ad contrahendum, qui alias eam non duxisset, contra sentiunt *Parnorm. in c. cum dilect. ext. de his que vi met. n. n. 13. & Covarr. p. 2. c. 3. § 7. n. 4. Sutholt. Dissert. ii. aphor. 52.* Mihi distingvendum videtur; inter ipsum matrimonium & sponsalia, illud per errorem circa accidentalia, cui dolus dedit causam, non potest dissolvi, v.g. si quis duxerit aliquam quam putaverit esse nobilem vel divitem & consummaverit matrimonium, divortium non habebit locum; hæc verò maximè solvi possunt, cum sponsalia tantummodo mentio & re promissio futurarum nuptiarum aliquando denique consummandarum sint.

## §. VI.

Ulterius si quis contraxerit sponsalia cum putativa virgine, quam ex post facto viciatam comperitur, an & tunc repudium locum habeat, quaeritur maximè cum virginitas non sit essentialia quod, sed etiam cum meretrice sponsalia imò & nuptiæ possint celebrari; Sunt qui repudium hoc casu dare negant, quia sponsalia ipso jure essent nulla, sed cum virginitas non sit de essentia sponsaliorum utique repudium obtinere posse arbitror.

B 2

§. VII.

## §. VII.

Sponsalibus ritè celebratis si altera pars pravo sodalicio vivere incipiat v. g. sponsus cum latronibus vel aliis sceleratis hominibus negotium vel rem habeat, quò iplò scilicet fama non solum sponsi verum etiam sponsæ sugilletur, vel etiam si sponsa luxuriosè vivere incipiat, suspecta conventicula amet, & ministerio probrosorum hominum vel infamia eaque notabili laborantium utatur, *weint ein Frauen-Zimmer so verlobt ist mit liebreichen Leuten und öffentlichen Huren / die etwan umb solcher Schande halben ausgestäupt oder verwiesen sind / umbgehet / an detur repudium?* Quod affirmandum puto, ratio pravá sodalicia non solum corrumpunt bonos mores, sed & nascitur ex socio qui non cognoscitur ex se, multo magis si ministerio dat sponsa sese illis personis, quæ notoriè turpiter vivunt, vellenocinium fovent.

## §. IIX.

Sed & datur repudium ex justissima deformitatis causa v. g. licet sponsalia fuerint inita, non tamen quis potest compelli ad matrimonium contrahendum, si lepra ex post facto supervenerit, *scilicet pars sana eodem malo afficiatur, c. literas fin. X. de conjugio leprosor.* quod non solum in lepra,

pra, verum etiam in alia deformitate obtinere pūto, cum matrimonium maximè penes juvenes non tantum propter animi dotes sed & corporis formositatem & qualitatem fieri, experientia abunde testatur.

## §. IX.

Morbū quoque contagiosum supervenientem esse contrarium, haud erunt qui negant, quippe per quem omnis futurus amor conjugalis avertitur, sic sponsus non tenetur ad consummationem matrimonii, cum sponsa morbo gallico laborante alia verò quaestio esset, si iterum à vitio illa sit restituta & curata, an tunc sponsus teneretur; mihi sententia placet negativa, ob odium & tædium in personam quæ morbo laboravit, conceptum, quod exinde vix sperandum sit felix matrimonium, nisi utriusque partis voluntas de novo adsit.

## §. X.

Desertio malitiosa propriè est quidem modus dissolvendi matrimonium, datur tamen inter desponsatas personas quasi aliqua desertio, quæ nimirum contigit, dum de futuro matrimonio contrahendo invicem fides data est, si autem ex post facto se ad invicem admittere nolint, ne forte deteriorius inde contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio

odio habet, videtur quod ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, hoc possit tolerari *cap. praeterea 2. X. desponsal. & matrim.* idque ut plurimum accedit, si per longum tempus ejusmodi desponsatae personae, maximè si in una civitate habitent, neque literis neque coram sese visitent, ex quo facto ejusmodi desertio ferè est colligenda.

## §. XI.

Non solum si altera pars luxuriosè vivere ceperit, sed & propter stuprum inlecutum ex parte sponsae repudium contingere solet, si sponsalia fuerint celebrata, ex post facto autem stuprum committatur in desponsatam, per quod factum fides data laeditur, & vinculum sive obligatio illa tollitur, ex parte verò sponsi, si hic stuprum commiserit, vel aliàs turpiter vivat & tunc dari repudium nemo negabit, per argumentum à majori ad minus, nam si datur divorcium ratione adulterij, multo magis repudium ratione stupri, per illud enim vinculum jam dum consummatum dirimitur, per hoc verò promissio tantum de futuris nuptiis dissolvitur & annihilatur.

## §. XII.

Denique & furorem lupervenientem sponsalia



lia irrita reddere constat, cum enim furor omnem impediatur actionem humanam hinc & antea gesta, quia nullum effectum sortiuntur, reddit irrita, sponsalia namque requirunt futuras nuptias, ad quas vero contrahendas, pariter requiritur consensus maximè si hodie *negotia* sacerdotalis accedere debeat, quemadmodum hæc necessario requiritur, jam autem furiosus in nullo negotio consentire potest, hinc concludo, furorem supervenientem sponsalia celebrata reddere nulla, nisi furor ille certo tempore remittatur & sic utraque pars iterum consentiat.

## §. XIII.

Ultimo restant quidem adhuc variae & perquam plurimæ repudii causæ, quas singulas pertractare, angustia temporis vetat, quæ à variis auctoribus hinc inde tractantur, quoties enim inter desponsatas personas occurrit aliquod invidens & maxime urgens sive prægnans malum, toties etiam admitti repudium dicitur sana ratio, nobis potiores huc terulisse sufficiat.

## MEMBRUM SECUNDUM.

## DE DIVORTIO.

## §. I.

Exposito nunc repudio, ad divortium erit progrediendum, quod est vera vinculi matrimo-

nia

nialis dissolutio, distingvunt quidem alias inter divortium quoad thorum & mensam, & quoad vinculum, sed cum prius tantummodo fiat ad tempus, hinc abusivè sic dicitur, matrimonium enim non in totum tollitur, sed effectus illius ad tempus suspenditur, ideo per divortium intelligimus veram & actualem matrimonii solutionem, per quam pars innocens secundis nuptiis se possit applicare, divortium enim dicitur à divertere, i.e. recedere, vel secundum *l. 2. ff. de divort. & repud.* à diversitate mentium, quia in diversas partes eunt, qui distrahunt matrimonium, propriè enim divertere est, secessionem facere à via, cui insistimus.

§. II.

Divortiorum causæ olim jure civili fuere variae, inò ferè innumeræ, ita ut certis non poterint comprehendi legibus, sed in arbitrio & disquisitione Judicis positæ manserint, quòd tamen tempore Theodosii aliorumque Imperatorum Christianorum mutatum, & certus modus præscriptus, certæque ac speciali lege definitæ sint causæ, ob quas ab invicem recedere sive ob quas marito divertere liceret *l. 8. §. 2. l. 11. §. 1. C. de Repud.* quibus legibus quatuordecim causæ justii divortii ex parte mariti & tredecim ex parte uxoris recensentur, quod & Im-

& Imperatori Justiniano vilum fuit *Nov. 22. c. 15.*  
 §. 7. quem tamen numerum ratione mariti auxit  
 tribus aliis additis, vid. dicta *Nov. 22. c. 16. §. 1.* post-  
 ea iterum restrinxit ad minorem numerum, uti  
 hoc patet ex *Nov. 117. c. 8.*

§. III.

Non tamen liberum marito fuit repudiare uxore  
 rem suam indistinctè, vel mulieri divertere à marito  
 propria autoritate, sed insuper requirebatur com-  
 probatio & decretum vel sententia iudicis *c. 9. X. de*  
*sponsal. & matrim.* Alioquin maritus ex levissima  
 etiam legibus incognita causa uxorem suam repu-  
 diare, vel uxor à marito divertere potuisset; hodie  
 utroque casu ad ejusmodi dissolutionem requiri-  
 tur sententia iudicis, quod & apud Romanos & ali-  
 os in usu fuisse ex historiis patet, conf. Beustius *de*  
*Matrim. l. 2. c. 8. Welenb. ad Inst. de divortiiis.*

§. IV.

Divortium quoad thorum & imen lam dicunt  
 esse dissolutionem, quando scilicet ejusmodi con-  
 jugata perlonæ ob varia in matrimonio occurren-  
 tia in pace vivere nequeunt, ideoque ad tempus  
 separantur, ubi maritus uxori, si sit pars innocens,  
 alimenta præstare tenetur, donec impedimentum  
 illius belli quasi intestini removeatur. Quicquid au-  
 tem

C

tem

tem impostum de divortio quoad vinculum dicendum, est ex Evangelicorum & Reformato- rum hypothese accipiendum.

## §. V.

Benè tamen discernendum est divortium à matrimonio nullo, nam non omnis dissolutio vel potius annihilatio statim dici meretur divortium; sic quandoque nuptiæ in gradibus maximè jure Divino prohibitis redduntur nullæ, quod plerum- que accidere solet, si ex ignorantia tales fuerint contractæ, quæ alias nefariæ atque incestæ vocan- tur, ibi enim ab initio vinculum fuit nullum, hinc non opus est solutione quadam; pari ratione error circa substantialia matrimonii hoc reddit nullum, quia tollit consensum conjugalem *arg. l. 15. de Jurisdict.* ad substantiam autem conjugii requiruntur personæ certæ; benè ergo Scotus *in 4. sent. dist. 30.* ait, *error sive apprehensio erronea quantum ad omnem conditionem requisitam per se ad contractum, facit contractum nullum esse.*

## §. VI.

Equidem plures dantur divortiorum cause, inter quas palmam fere præripit adulterium, quod est thori violatio, per quam fides data debilitatur, & per consequens vinculum illud conjugale per-  
len.

sententiam absolutoriam tollitur, si modo legitime fuerit probatum; licet non negaverim, si innocens conjux hoc crimen velit remittere, & matrimonium amplius consistere posse; hoc enim in favorem illius est introductum, cui renunciare potest.

## §. VII.

Adulterium autem duas habet distinctas species, una dicitur luxuriæ, si vir cum fœmina non sua extra matrimonium rem habeat, altera verò injustitiæ, si vir cum conjugata alterius, coëat, de quibus prolixius vid. Azorius in *Instit. moral. part. 3. c. 38. lit. D.* hinc triplici modo adulterium committitur; (1) si conjugatus cum conjugata adulteratur, (2) si solutus conjugatam (3.) si conjugatus solutam fœminam carnaliter cognoscit; quodlibet adulterium positis terminis habilibus divortium operatur.

## §. IIX.

Sed & propter denegationem constantem & pertinacem debiti conjugalis dari divortium, si scilicet nullo modo illud altera pars exhibere velit, non est dubitandum, quippe per hanc illa pars cui præstanda esset, facile in tentationem incidere possit, ut hac ratione adulterium committere teneretur,

tur, cum non omnes gaudeant beneficio continentiae, matrimonium insuper ad procreationem sobolis & generis humani sit constitutum.

## §. IX.

Quaestio hic occurrit, an propter impotentiam detur divorcium? Ad meliorem rei perustrationem & cognitionem distinguo, an hæc sit antecedens ac superveniens: si sit antecedens divorcium habebit locum, vel potius nuptiæ ab initio fuerunt nullæ ob cessantem matrimonii finem; nisi de illo vitio ab initio constiterit, & ita tantummodo nuptiæ ratione finis secundarii mutui adjutorii nempe, sint contractæ, quod & in praxi obtinere puto & ita pronunciatum à Consistorio Lipsiensi Mens. Octobr. 1666. si vero sit superveniens, ea que perpetua, divorcium datur, non verò si sit transitoria, plura hac de re vide apud Sanchez. *de Matrim.* aliosque Moralistas; semper tamen accuratior de impotentia inquisitio requiritur, quod & in Consistoriis hodiernum observatur, prout versus Uratislaviam *Mens. fut. 1677.* responsum fuit; his verbis; *So seyd ihr vor allen Dingen Versöhnen / welche die Besichtigung verrichtet / ihre Aussage vermittelst Eydes bestärcken / und dieselben / wo nicht allbereit geschehen / ratione dictorum suorum*

orum anzeigen lassen / oder sonst die impotentia  
 mariti gebührend bezubringen schuldig. Distin-  
 guunt alii in naturalem, accidentalem & maleficia-  
 lem (quæ ex veneno, convulsione, paralyfi &c. ori-  
 ginem traxit) impotentiam, in qua ultima non  
 tam facile divortium concedere volunt, aut si & hæc  
 sit incurabilis, non video rationem, ob quam di-  
 vortium cessare debeat.

## §. X.

Quid si in marito potentia nimia sese exlerat,  
 ut conjux vel nolit vel non possit rem cum ipso  
 habere? Etsi sit casus rarissimus, tamen & tunc  
 divortium esse permittendum putaverim, quia per-  
 inde habetur, vel in excessu vel defectu laborare.

## §. XI.

Quamvis generaliter, hæc omnia cum Renne-  
 manno *Jurisprud. Germ. membr. 1. disp. 42. in no-  
 tis ad §. 36. sub lit. D. judicis arbitrio committo, ita  
 differens: Non dubitandum censemus, cum causa à  
 Christianis Imperatoribus (sub quorum imperio  
 sanctissimi Theologi Nazianzenus, Theodoretus, Au-  
 gustinus, Hieronymus, Ambrosius & alii floruerunt)  
 nemine contradicente, decretæ & per aliquot secu-  
 la observatæ, quin & hodie pii Magistratus, eo quo  
 dictum*

*dictum est, modo, non tantum ex illis ante recensitis, sed etiam ex aliis gravioribus causis, vel eque gravibus, pro circumstantiarum suasionem, divorzio concedere debeant, cui ad stipulatur Strauch. in Inst. Jur. Publ. libr. 1. tit. 35. §. 1.*

## §. XII.

Hermaphroditus quidem illi sexui sese potest alligare, quem potiore esse cognoscit, si tamen illius conjux sexum non deprehendat talem, ut exinde conjugio satisfieri possit, adeoque finis matrimonii hactenus intentatus expiret vel cesset, & tunc divorzio locum esse contendo.

## §. XIII.

Error circa virginitatem impedimento quoque est nuptiis; Hinc si quis duxerit defloratam, quam virginem putavit, & olim & nunc sufficientem induxit divortii causam, quod etiam jure Divino est comprobatum, proinde certas leges circa ejusmodi stupratam habuerunt, uti hoc ex Deut. videre est, quamvis enim matrimonium quis inire possit cum hac, si tamen deceptus fuerit, libere poterit divortium petere, quia ejusmodi qualitas ipsum ferme conjugii hypothetice considerati substantiam, aut ad minimū qualitatem intrinsecam, & sic præ-



sumtam vel de virgine semper subintellectam concernit, Stryck. *Dissert. de Curiositate cap. 4. n. 10.*

## §. XIII.

E contrario uxori non videtur denegari posse divortium, si maritus ante matrimonium aliam impragnaverit, si re postmodum comperta petat divortium, si modo ante & post nuptias illam impragnationem ignoraverit, & à tempore scientiæ à viro abstinuerit, & ita responsum fuit à Consistorio Lips. *Mens. Majo 1673.* Nachdem sich Cajus mit seiner Magd / da zwischen ihm und der Octilia allbereit öffentliche Sponsalia gehalten gewesen / fleischlich vermischt / und dergestalt hierdurch von ihm ein wahrhafftiger Ehebruch begangen worden / die Octilia auch ihm solchen zu vergeben / und gebrochener Treue und Glauben ungeachtet / ferner beizuwohnen / sich nicht bewegen lassen will ; So mag die gänzliche Ehescheidung deswegen wohl vorgenommen / der Octilia auch hernach / im Fall sie ohne Verletzung ihres Gewissens ausser der Ehe zu leben nicht vermöchte / sich in ander Wege gebühlich zu verheyrathen verstattet werden.

Secus vero si post tempus scientiæ cum marito

con-

concubuit, quia tunc delictum tacite videtur remissum.

## §. XV.

De infidelitate quaestio oritur, an & hæc vera divortii causa sit? Resp. si infidelitas tanta sit, ut neque conveniat in cognitione Dei T. O. M. omnino dissolvendum esse suadeo, nam matrimonium dicitur communicatio Divini & humani juris, quæ tamen non potest consistere, nisi conjuges eandem habeant cognitionem supremi Dei, licet nonnulli potius dicant, hoc matrimonium ab initio fuisse nullum, cum enim Canones semper requirant, ut hoc contrahatur ex fide, fides autem penes infidelem haud reperitur, hinc ab initio non habuit, ubi pedem figere potuisset; Exinde autem non statim inferre licet, quod inter diversæ religionis, quæ tamen tolerantur in Romano Imperio, personas nuptiæ non obtineant, alia enim est infidelitas extrema, alia vero secessio ab hac vel illa religione, quæ ne quidem hæresis nomine venire potest, ideoque si alter conjugum recedat à religione sua, sequæ convertat ad aliam æque in Republica tolerari solitam non statim divortium est concedendum, prout bene responsum est *Consist. Lips. Mens. Jan. 1672.*  
Weil

Weil nach bewehrter Theologorum und Confessoriorum Meinung die Veränderung der Religion die Ehe nicht trennet / so seyd ihr auf eine Desertion zu klagen nicht befugt ic.

§. XVI.

Nimia quoque sævitia parit divortium, licet initio tantum quoad thorum & mensam ad certum tempus propter eminentem reconciliationis spem, quæ intra hoc spatium obtinere potest. Beust. *de Matrim. p. 2. c. 9.* si tamen spes hæc fefellit & cum veneficio ejusmodi sævitia sit conjuncta, ita ut alter conjugum ratione continuarum insidiarum de vita non sit securus, tunc & divortium quoad vinculum obtinere cenleo, præsupponitur, autem enormis tantum non minus consistens sævitia.

§. XVII.

Ob furorem quidem sponsalia solvi in aprico est, divortium tamen in consummato matrimonio admittere nolunt Juri ob furorem supervenientem, *l. 16. §. 2. ff. de ritu nupt.* sed rem penitus exanimans statuo, si furor sit vehemens & continuus ita ut conjux eam ob causam non possit cohabitare, ad evitandum majus malum nimirum adulterium, propter ulationes & tunc divortium admittir posse verius videtur.

D

§. IIX.

## §. XIII.

Crimina verò vel delicta ordinariè & per se non dirimunt matrimonium, hinc non datur divorcium, bene tamen per consequentiam, etsi enim uxor teneatur sequi maritum, hoc tamen non obtinere arbitror, si maritus ob delictum fuerit in exilium missus, maxime si domestica cura, utilitas & honestas uxoris id non permittat, quod prolixius explicavit B. Brukn. *Decision. matrimon. cap. 16, n. 3.* quo B. L. remitto.

## §. XIX.

Altera primaria divortii causa est malitiosa desertio, quando conjux conjugem ex malicia & temeritate deserit, nam si justa vel necessaria absentia fuerit causa, præsens absentem expectare tenetur, donec vel redeat, vel de morte illius certior factus sit *Nov. 117. c. 11.* Licet non statim ad divortium sit recurrendum, sed insuper processus desertionis per libelli oblationem & sublecutam sententiam ritè est instituendus & finiendus, quoru pliter autem hæc desertio fiat, vid. apud Beuff. allegatum Brukn. & alios.

§. XX. Ha

§. XX.


Haecenus causas divortii summo quasi digito  
attigisse sufficiat, dantur tamen plures à JCtis hinc  
inde recensitæ, quæ tamen omnes ab aliis ad has  
duas adulterium nempe & malitiosam desertio-  
nem referuntur, ac propterea causas divortii in  
primarias, quæ sunt hæ duæ dictæ, & secun-  
darias distingvere solent.

F I N I S.



D 2


Erc:



**E**Rectus, rectus, valido munimine  
 tectus  
 Sis felix, verax, justitiæque te-  
 nax.

*posuit*  
 Pro-Rector Alm. Univ. German. & Facult.  
 Jurid. Pro-Decanus.

JOANNES PHILIPPUS **Streit.**  
 J.U.D. & Consil. Regini.



**E**St meritis Virtutis honor! sunt  
 certa laboris  
 Præmia! Sic veniant vota secunda  
 Tibi?

Dn. Candidato hilce gratulatur  
**ERNESTUS TIENTZEL, J.U.D.**  
 Prof. Pand. & Fac. J. Asses.

Quid

Quid causæ Tibi? cur MüLLERE re-  
pudia tractas,  
Et cur divortij nunc meletema  
placet?

Alma Themis dextram TIBI porrigit  
atque coronam,  
Nec retractabit quæ TIBI Spon-  
sa favet.

*Honoribus Nobilissimi DN. MüLLERI pro  
LICENTIA Disputandi cum laude  
pauca hæc dabat*

PRÆSES.

Dum MüLLERE doces DIVORTIA;  
Profero Votum:  
Prævisus vigeat prosperitate Torus.

*Hæcæ pauca gratulabundus adjecit*

*Georgius Adamus Behrmann /  
Wichâ-Thur. Regim. Saxo. Vinar. Electoral. Sax.  
Immatriculatus, Judicij Prov. Mogunt. Erfurt.  
Advocatus Juratus.*

Pacis

**P**Aucis multa precor, dent nulla  
repudia Princeps,  
Curia, Patroni, Sponsa futura  
TIBI!

*Prolixiori affectu quam metro Nobilissimo DN.  
MULLERO de Licentia gratulaturus de-  
properabat*

M. Joh. Christoph. Hübler / Schol.  
Senat, Prædicat, ConR.

\*\*\*\*\*

### Madrigal.

**S** führt die Jugend **S**hn heut  
vor der Themis Thron /  
Und liefert hin den angenehmen Lohn /  
Den **S**r / Hochwerther **S**err /  
schon längst verdienet.  
Nun kan **S**R recht vergnügter seyn /  
Weil



Weil bey JHM trifft das Sprichwort  
ein /

Das oft der Lorber späte grünet ;  
Dingegen desto mehr in Ehren wird ge-  
halten.

Den Titul, den JHM unsre Verehr-  
Stadt

Kunmehr beygeleget hat /  
Wird (so Gott will in Gnaden ob JHM  
walten)

JHM weiter bringen glücklich fort /  
Da Hoher Häupter Gunst erwe-  
cken /

Das aller Reid sich wird vor Seinen  
Küssen strecken.

Dieses Wenige setzte den Herrn Doctorando  
zu Ehren aus erfreueten Gemüthe  
glückwünschend bey

Johann Wilhelm Siealer / J. U. St.  
Coll. Saxon. Collegiatus.

Hat

WAt einer sich gleich wohl und redlich  
aufgeföhret /  
Das sein Gewissen frey und unverte-  
ket bleibt /  
So wird Er dennoch offte von Otter-  
Brut beröhret  
Die wieder alle Schuld ihn liederlich  
auftreibt  
Ich brauch Wohl Edler / setz die Sache  
nicht zu nennen  
Zumahl sie an sich selbst falsch und  
erlogen ist /  
Doch muß ein Biedermann vor Gott  
und Welt bekennen  
Wie der *Asmodi* selbst gebrauchet sei-  
ne Lust /  
Und Ihm sein hohes Glück vergebens  
sucht zu stürzen /  
Ich aber bin gewiß / und wünsch  
Ihm dieses bey /  
Das Gottes Gnad und Güt / den Streit  
bald wird verfühen.  
Das die Vergnügigkeit des Reids  
harts Folger sey.

Gückwünschend sehte dieses bey


G. S. L. C.

ULB Halle  
002 716 64X

3



*s. b.*





1707,9

518.  
24

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

# REPUDIO & DIVORTIO,

*Pham*

B. C. D,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

REVERENDISSIMO & ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

## PHILIPPO WILHELMO, S.R.I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLESiarum MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANONICO CAPITULARI SENIORE,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIQUE ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE, &c.&c.

PRO RECTORE MAGNIFICO,

### DN. JOANNE PHILIPPO *Streit* /

J. U. D. *Regiminis Electoralis Moguntini Consiliario, & Facultatis Juridicæ p. t. PRO-DECANO,*

PRÆSIDE

### DN. RUDÖLPHO HENRICO *Siegler* / J. U. D.

Prof. Publ. Extraord. & Colleg. Sax. DECANO,

*Ex Decreto Inchyte Facultatis Juridicæ,*

in

ALMA ELECTORALI HIERANA

*Pro Summis in Utroque Jure HONORIBUS & PRIVILEGIIS*

DOCTOR ALIBUS ritè consequendis,

Publicè submittet

AUTOR

### JOHANNES HENRICUS Müller /

Eichelbornio-Vinariensis, Practicus Erfurtensis,

*Ad diem 8. Januarij A6 1707.*

In Auditorio Jctorum Majori.

ERFURTI, Charactere GROSCHIANO, Acad. Typogr.

